Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 134

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 318.

2)

Tractatus de arte moriendi. 270a – 279b

Tractatus de arte moriendi. Incipit: "Cum de presentis exilii miseria." Opus quidem satis notum, sed incerti authoris. Differt ab editionibus quas Bibliotheca nostra possidet. Vide Antiquitat: Bibl: Seitenst: p: 1 & 62. Weislinger in Armament: p: 241 dicit Jacobum Fusignam Ord: Praedic: conscripsisse librum de arte moriendi, an nostrum? nescio; caeterum de hoc Fusignamo nulla apud eruditos occurrit mentio. — Jac. Fusignan.

Cod. CXXXIV.

Chartac: Fol: Saec: 15. A 6.16.

1.

Petri Lombardi Lib: III & IV Sententiarum. 2a – 84a

Petri Lombardi Liber III, et IV Sententiarum quorum primus incipit: "Hic enim ordo rationis postulat"; hunc sequitur elenchus capitum utriusque libri, quam excipit prologus in librum quartum sub hoc initio: "Si quis vestrum indiget sapientia." Illud notatu dignum praefationem Petri Comestoris (a) in suam historiam scholasticam hic praefigi libro tertio Sententiarum, inepte satis, cum librarius Petrum Comestorem confuderit cum Petro Lombardo. Caeterum multae lineis interjectae sunt notationes.

(a) Vide Cod: CXXX.

2

Ejus lib: IV sent: versificat.

88a – 214b

Ejusdem liber quartus sententiarum versifica„tus. Incipit:" Sacramenta docent, exercent atque timorem Pellunt, in verbis et rebus perfici„untur."

3

Joan: de Deo Apparat: metric: super arbore decretorum.

215b – 216a

Joannis de Deo Hispani, Doctoris Bononien„sis Apparatus metricus super arbore consan„guinitatis decretorum. Initium est," Me„tam dat rigor, hancque dispensatio laxat". De hoc Apparatu Joannes Andreae apud Nic. Antonium in Bibl. Hisp: vet: libr: 8. c. 3 p. 45. ait:" Initio circa lecturam arboris diver„sis olim diversum modum tenentibus, Joan„nes de Deo Hispanus post illos lecturae il„lius arboris novum modum assumens, per „suas metricas regulas ipsius intellectum „nisus est aperire. Sed propter multitudinem „regularum, et versuum obscuritatem, ali„quibus notum ignotum, et aliis ignotum „ignotius reddidit." De authore vide lo„dic: LXXIIX. n: 3.

In fine cod: legitur:" Explicit quar„tus liber sententiarum magistri Petri Lon„gobardi per manus Bartholomei de Rum„berk ad voluntatem domini Symonis de „Kocor."

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 134

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27473

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)